

3

hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemniter colentium,
Et celebrantium: et rectique eorum numerus, atque hujusmodi
cultus post editas a felicis recordationis Sixto Papa Quarto
Prædecessore nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitu-
tiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum innovavit,
atque observari mandavit. Autem rursus, Et propagata fuit
pietas hac, Et cultus erga Deiparum post erecta hoc nomine,
approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem,
Et Confraternitates, ac concessas ab iisdem Indulgencias, ita ut,
accidentibus quoque plerisque celebrioribus Academiis ad hanc
sententiam, jam fere omnes Catholici complectantur. Tum
quosdam commemorat, qui Ecclesiam Romanam pia senten-
tiae, Et cultui juxta illam Beatæ Virginis exhibito favere ne-
gant, pios Christi fideles et sua pacifica quasi possessione detur-
bare conando. Et paucis interjectis. Nos considerantes, quod
Santa Romana Ecclesia de intemerata semperque Virginis
Maria Conceptione festum solemniter celebrat, Et speciale, ac
proprium super hoc Officium olim ordinavit juxta piam, de-
votam, Et laudabilem institutionem, que a Sexto Quarto
prædecessore nostro tunc emanavit: volentesque laudabili huic
pietati, Et devotioni, Et festo, ac cultui secundum illam exhibi-
to, in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem num-
quam immutato, Romanorum Pontificum prædecessorum no-
strorum exemplo, favere, nec non tueri pietatem, Et devotio-
nem hanc colendi, Et celebrandi Beatisam Virginem, præve-
niente scilicet Spiritu Sancti gratia, a peccato originali pre-
servatam, capientesque in Christi grege unitatem Spiritus in
vinculo pacis, sedatis offenditionibus, Et iurgiis, amotisque scan-
dalibus, conservare... Constitutiones, Et Decreta a Romanis Pon-
tificibus prædecessoribus nostris, Et præcipue a Sexto Quarto,
Paulo Quinto, Et Gregorio Decimoquinto edita in favorem
sententia afferentis, animam Beate Marie Virginis in sui
creatione, Et in corpus infusione Spiritus Sancti gratia do-
natam, Et a peccato originali preservatam fuisse; nec non
Et in favorem festi, Et cultus Conceptionis ejusdem Virginis